Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 40

urn:nbn:de:bsz:31-108646

Visual Library

2. d. Quomodo distinguatur ~~donatio~~ capio mortis causa, à donatione mortis causâ? R. Fient genus ad speciem. Donatio enim mortis causa est rei acquisitio ob solam mortem Donatoris, ~~et~~ at capio mortis causa est rei acquisitio, quæ mihi obvenit etiam ob alterius mortem l. 8. ff. h. t. v. g. si legatariorum pecuniis hæredi daret ut hæreditatem adiret hæc pecunia mortis causa capitur, l. 13. ~~§ 1.~~ ff. h. t. Item si legatarius ab aliquo præmium accipiat, ut legatum repudiet, id pro mortis causâ capione habetur.

Lib. 39. 109

2. e. Num hæc sit mortis causâ capio dicenda, si ego Cajo jro doner causa mortis filii mei, cum forsan in aliquo vitæ discrimine sit constitutus hac conditione, quod si filius convaluerit, pecunia donata mihi rursus reddatur, si verò decesserit ut maneat apud cajum. R. affirm. ex l. 8. ff. et patet ex data distinctione inter capionem et donationem mortis causa quam Widm. hic cum glossa arbitretur, potius esse ~~fo~~ donationem mortis causa.

Lib. 40

Liber 40.

De manumissionibus servorum.

Totus iste liber meritò omitti potest cum hodie nullam habeat utilitatem abrogata servitute.

Lib. 41.

Liber 41

Tit. 1.

De acquirendo rerum dominio

De hac materia egimus in inst. l. 2. t. 1. et l. 9.